

Joachim Hartmann


Rectore Academiae Rostochiensis Magnificentissimo Serenissimo Principe Ac Domino Domino Friderico ... Festi Pentecostes Sacrvm Favstissimvmqve Diem Pvblico Programmate Nvnciat ... Vindicias Exegeseos Dicti Petrini 2. Petr. II. 1

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1754?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn872231194>

Druck Freier  Zugang






415

A. B.
48. 6. 8.


28.

La-1092 (28)

2. 25.
3. 4.
4. 46.
5. 23.
6. 22.
7. 21.
8. 19.
9. 17.
10. 11.
11. 12.
12. 14.




2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

- 2. 25.
- 3. 4.
- 4. 6.
- 5. 23.
- 6. 22.
- 7. 21.
- 8. 2.
- 9. 19.
- 10. 1.
- 11. 17.
- 12. 11.
- 13. 12.
- 14. 14.



RECTORE ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO FRIDERICO
PRINCIPE HAEREDITARIO MECLENBURGICO,
PRINCIPE VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI AC RACEBURGI,
COMITE ITEM SVERINENSI, TERRARVM ROSTOCHII AC
STARGARDIAE DYNASTA
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO

FESTI PENTECOSTES
SACRVM FAVSTISSIMVMQVE DIEM
PVBLICO PROGRAMMATE NVNCIAT

ATQVE
AD ILLVM, DEVOTA DEO MENTE, ET PIETATE CHRISTIANOS
DECENTI, CELEBRANDVM
ACADEMIAE CIVES O. O. H.

SVMMO,
QVO PAR EST, ARDORE, EXCITAT ATQVE HORTATVR,
VINDICIAS

EXEGESEOS DICTI
PETRINI

2 Petr. II. 1.

DISSERTATIONE INAVGVRALI QVONDAM EXPOSITAE,
CONTRA IMPVGNANTIVM OBMOTA,
PRAEMITTENS

ACADEMIAE PRO-RECTOR
IOACHIM HARTMANN

S. S. TH. D. ET P. P. O. CONSIST. DVCALIS CONSILIARIVS ET DIOECESEOS
MECLENBURGICAE SVPERINTENDENS.



ROSTOCHII, LITTERIS ADLERIANIS.



Cum in Disputatione mea inaugurali inquirerem in quaestionem: an Christus pro iis, qui actu reprob- sunt, satisfecerit, plenior quaestionis tractatio postulabat, vt de connexa quaestione simul explicarem mentem: an pro P. in Sp. S. et pro Impenitentia finali satisfecerit Redemptor. Opposuerat iis, quae tum disputaueram, primo aliqua, Vir, cuius nomen haecenus ignoro, omni laude dignus, quique et propter scribendi scientiam, et propter modestiam, et plurimis in locis ostensum ingenii acumen, non parum se mihi, forsan et aliis, probauit, edito scripto: Anmerkungen und Zweifel über den in des Hrn. D. Sartmanns Inaugural Disputation behaupteten Satz: daß Christus auch für den endlichen Unglauben der Menschen genug gethan habe. Respondit eidem Vir, pariter quidem Anonymus, praeclare doctus, scripto in lucem emisso, sub titulo: Sendschreiben an den geschickten Hrn. Verfasser der Schrift: Anmerkungen und Zweifel über den 2c. Eidem reposuit plura Vir, quem antea laudavi, Auctor Observationum et Dubiorum Anonymus, scripto, cui titulum fecit: Nähere Erklärung und Beantwortung des gelehrten Sendschreibens. Praetereaue triplici Programmate: Illustrationis Apologeticae Peccati in Spiritum S. Specimine undecimo, duodecimo et decimo tertio, pro more suo, magno acumine, ingenti facundia, et veri specie non exigua, Celeb. Dnus. CARPOVIUS ad ea respondit, quae in Diff. Inaug. ipsi opposueram. Laborum concatenata series, quo minus respondere iis, quae mihi objecta sunt, potuerim, impediuit

A

hactenus

25.

24.

26.

23.

27.

22.

21.

20.

19.

hactenus. Aliquantulum otii a consuetis laboribus mihi parandum fuit, ut officio meo, quod *Festum Diem* publico *programmata* nunciandum jubet, hodie facerem satis. Lubens ergo hanc arripio occasionem, iis, quae opposita mihi a Viris doctissimis fuerunt, respondendi, atque desiderii fautorum, qui ad defensionem thesium mearum aliquando me excitarunt, tandem satisfaciendi.

§. 2.

Primo quidem Auctor Observationum atque Dubiorum aliqua observat circa terminum germanicum, quo finalem incredulitatem designaveram in dem *Auszuge der Sätze, welche in der Inaugural-Disputation vertheidigt worden*, cum eandem nuncuparem den *Endlichen Unglauben*. Si de solo termino quaesivisset Auctor iste, nihil ego quidquam reponerem, nisi hoc, quod termini sint arbitrarii, atque quod termino des *Endlichen Unglaubens* usus sim, quia jam ab aliis eum terminum, in eadem impenitentia designanda, adhibitum deprehenderim. Conf. Cel, AHLWARDI *Betr. über die Augspurgische Conf. P. II. Sect. II. §. XII. p. 565.* ff. id quod etiam ex ipsa mea disputatione Polemica §. XLIV. potuisset Vir optimus providere, tandemque, quod, cum aduersus virum illum Celeb. aliqua scriberem noluerim terminum mutare, ne viderer voces carpere et logomachias moliri contra Virum Celeberrimum, qui caeteroquin omnino adprobo terminum des *beharrlichen Unglaubens*, vel quemcunque alium, quo incredulitatem, ad vsque finem vitae praesentis durantem, aliquis designare voluerit, dummodo in re conveniamus. Cum autem circa ipsam quoque definitionem haereat Auctor Dubiorum laudatus, et praecipitanter mihi ex definitione mea aliquot non exigua absurda obtrudere nitatur, superior declaratio lectoribus non videbitur sufficere. Respondendum ergo etiam erit ad reliqua. Praestruit primo Auctor laudatus definitionem des *Endlichen*, ut hoc loco sumendum esse putat, dicitque esse illud, was ein *Ende nehmen wird, oder wenigstens nehmen kan*. Deinde quae-
rit

rit ex me: an credam finalem impenitentiam aliquando finem habituram? quod quamvis mihi, tanquam admodum periculosum forsitan ipsi visum, imputare nolit, ut saltem videri vult, dubium tamen ex definitione mea, qua dixi, quod infidelitas finalis sit, quae cum ipso vitae naturalis termino terminatur, seu, ut in Epitome germanico verba sonant: Ich verstehe durch den endlichen Unglauben denseligen, der NB. nicht eher, als mit dem Ende des natürlichen Lebens aufhöret, ipsi subortum, refert, atque deinde concludit, ex definitione mea necessum esse me statuere, quod infidelitas finalis cum fine vitae hujus cesset, hinc infidelis finaliter talis post mortem non amplius sit infidelis, adeoque me, pro fideli eum habere, teneri, qui saluari debeat. Stupeo profecto, ex nimis accelerato iudicio deducta, et propalata, mihi que imputata absurda. Sed primo quaero: cur ipse Auctor eandem infidelitatem nuncupet eam, quae usque ad finem vitae durat, eam, quae durante vita continuatur, et perseverat, einen Unglauben, der bis ans Ende des zeitlichen Lebens währet, itemque einen Zeit Lebens beharrlichen Unglauben et cum etiam post hanc vitam, ex ipsius mente, continuetur, cur non potius ipse vocitet hanc infidelitatem perpetuam vel infinitam, vel aeuiternam, einen immerwährenden, einen unendlichen Unglauben? sine dubio respondebit Vir acutus, eam continuationem, quae post hanc vitam datur, non esse hujus considerationis, cum inter omnes, non-Apocatastatistas, constet, pro ea satisfactum non esse. In quo quidem, si ipsius attingere mentem mihi datum sit, habebit hic ipse Vir optimus totam responsionem, quae etiam pro me data sufficiet. Nempe infidelitas finalis, de qua quaeritur, cum vitae termino terminatur. Et quamvis recto aliquo sensu dici queat, post vitae terminum continuari infidelitatem, ea tamen eius pars, quae post hanc vitam existit, omnino hic non venit in censum, sed illa sola, quae cum vitae termino, ad praeterita referenda, terminatur. Est enim disceptatio de infidelitate, pro qua satisfecerit Christus. Redemptorem autem pro damnatis non satisfecisse inter disputantes constat, et a me etiam expresse affirmatum est

est. Videat nunc Auctor peracutus quid valeant conclusio-
num, quae mihi opposuit, monstra. Satis enim perspicax est
ipse, ut sine deductione cernat, ad me eas consequentias non
pertinere. Quare refutatione facile superfedeo. Addam ali-
qua plura.

§. 3.

Infidelitas vel simpliciter negat fidem, nulla habita at-
tentione ad id, an in subiecto, cui tribuitur infidelitas, fides
possibilis sit, an minus, vel *solam* possibilem in subiecto *fidem*
negat. Illo sensu post hanc vitam continuatur, imo etiam
illo, quo impossibilis in subiecto fides negatur. Hoc sensu non
continuatur, sed cum huius vitae termino terminatur.

Est enim homo vel

a) Fidelis vel infidelis
et
quidem
infidelitate
quae vel

b) Fidem in subiecto
etiamnum possibi-
lem negat, qualis est
in hac vita.

c) Fidem simpliciter,
etiam in subiecto
impossibilem, negat,
qualis est in morte
aeterna.

Videt sic Auctor perspicacissimus tertium, quod dari
§. 1. *Observ.* et *Dub.* negaverat, et intelliget nunc simul, con-
clusionem non valere: *terminatur infidelitas* finaliter increduli,
quae est in quaestione, cum ipso vitae termino, ergo post vitam
ille est *fidelis*: datur enim tertium (c): atque hinc conci-
dere etiam reliqua consuetaria perspiciet Vir praeclarus. Ra-
tiones vero, cur eam definitionem adhibuerim, satis distincte
proposui in *Diss. Inaug.* P. 1. Sect. III. Thetica §. LXIX. p.
65, 66, et adducam hic iterum, ut sine opera iudicium ferre
possit

possit lector benevolus. Cum enim jam §pho LXIII. notionem suppeditassem, eam repeto §. LXIIIX. atque addo: „Definitione quam dedi, duo statuenda proposui: *Primum*, ne implicer ambiguitatibus statuum praesentis vel futuri seculi, impoenitentiam finalem, qua finalem, an ad praesens, an ad futurum, an ad utrumque aevum referam, *incertus*. Stabilio hinc et praepono, *pertinere eam ad hoc seculum, esse peccatum hujus mundi*. Omnis enim status, qui cum ipsa morte terminatur, est *hujus seculi*. *Post mortem demum inchoatur aevum, quod futurum dicitur*. *Alterum*, - - . Ex illis vero simul adparebit, cur notione, qua Auctor Observationum utitur §. I. non usus sim, quamvis recte intellectam nolim renuere. Ea enim ita expressa atque formata est, ut infidelitatem hujus vitae, et eam, quae est in morte aeterna, unam facere eandemque videri possit, adeoque difficultatibus quaestionem iterum implicare queat, a quibus eam mea definitione liberare volui.

§. 4.

Defensör Anonymus meae Inauguralis Disp. jam monuerat in Litteris, ad Auctorem Observationum datis, p. 6. dari tertium post hanc vitam, sc. *damnatum esse, nec fidelem nec infidelem, qui in infidelitate decessit*. Atque si infidelis dicatur, id fieri, vel respectu habito ad hanc vitam, vel infidelitatis termino aliam, ac consuetam, jungendam esse notionem. Eamque deductionem firmat oppositione biblica *fidei et visionis beatificae*, 2 Cor. V. 7. fundata, ad cujus imitationem etiam *infidelitatem et damnationem* s. statum gehennalem, non immerito quidem, sibi opponit. Deinde p. 7. addit. *Infidelitatem* Redemptionis *rejectionem* involvere. Eam vero rejectionem adplicationis possibilitatem ponere, quae damnatis neganda sit.

§. 5.

Circa ea, satis recte allata, etiam observari potest, rejectionem, quae est in hac vita, supponere redemptionem, subjecto adhuc adplicationam. Enim vero damnatis, in statu damnationis

nis spectatis, non est ulterius adplicanda redemptio. Nova itaque, quae infidelitati accedit, determinatio, speciem mutat, atque infidelitatis in hac vita, opposita determinatione declarandae, terminum in hujus vitae ipso termino recte poni docet.

§. 6.

Videamus, quid reponat Defensori optimo Auctor dubiorum in der Nähern Erklärung §. 1. Arbitratur rejectionem meriti Christi infantibus, in statu naturae consideratis, et Ethnicis, quibus in individuo non facta est verbi praedicatio, *proprie* non posse tribui, quin potius solus fidei defectus in eos cadat. In illo ergo formalem infidelitatis constituit notionem, eandemque ex grammatico significato particulae *in*, germanice *un*, in compositione cum alio, quod realitatem exprimit, vocabulo, stabiliendam quaerit, eamque infidelitatis notionem competere etiam damnatis infert. Eoque tandem, quae regressit, redeunt omnia.

§. 7.

Ea vero cuncta. in quantum conclusionem, quae inde infertur, juvare debent, facile admitto, quamvis mallet, ita mentem suam expressisset Auctor laudatus, ut ex verbis etiam intelligatur, quod ipsius sententiae convenire crediderim, repugnantiam naturalem, simplicem, non morosam, non explicitam, et non proaereticam, ab ipsa infantium et gentilium nuncupatorum infidelitate non excludi. Non potest enim non homo ex sua sola natura spectatus reniti Redemptori, gratiae et omni bono spirituali. In omni ergo infidelitate hujus vitae deprehenditur aliqua rejectio Redemptoris homini viatori per benignitatem divinam concessi, ponenda sc: per appetitum ad omne id, quod gratiae et Christo oppositum est, quamvis non semper proaereticam coniunctam habeat, vel explicita et morosa sit, quod non nisi in ipsa praedicatione facta, voluntarie rejecta, locum habet. Suspicio illam nolle doctissimum Auctorem vocare in dubium, et, ut magis confidenter hoc suspicari possim, repeto ex Celeb. CARPOVII vindiciis apologeticis spec. XI. §. XXII, quod ille immerenti mihi, ut suo loco ostendam,

offendam, obiicit, quod ergo commendatum ab eo, cum quo ipse sentit, et hinc forte facilius approbandum, censebit Auctor Dubiorum humanissimus. Nimirum *Spec. XI. §. XXII.* ita Cel. CARPOVIUS contra me, sine vlla tamen, quae adparet, ratione, scribit, quod facile ego concedo, et hoc loco optimo Viri Celeberrimi Defensori oppono: *Dic, quaeso, an ἀπιστία sit mera privatio? Non est, quia praeter absentiam adprehensionis Christi etiam mentem, quae rejiciat Christum salvatorem, quaeque summum bonum quaerat in objecto, a Christo diverso, inuoluit.* Ergo in ἀπιστία etiam adest realitas, quod nisi concedas, etiam bestias, etiam solem, ac lunam, imo mensam, et sellas, vocabis ἀπιστος, siquidem in omnibus his meram absentiam adprehensionis Christi deprehendis. Quae si severa nimis videantur optimo Viro ex Amici ore depromta, qua realitatem considerare, non qua asperitatem, velit, enixe rogatum volo atque obsecratum. Ego certe confido, mecum hac ex parte sentire Auctorem Dubiorum, ne ex alia quadam parte in graviora incidat retia eademque non parum periculosa. Quod vero si locum habeat, hactenus Defensori meo nondum sufficienter responsum esse iudicatu erit proclive. Namque sic omnis ἀπιστία huius vitae conjunctam habet aliquam, licet non omnis proaereticam, et qualificatam, atque, explicitam, Christi, ipsi ἀπιστω destinati, rejectionem, quod de damnato, qua damnato, quippe cui, qua tali, non destinata, non data, est redemptio, dici nequit.

§. 8.

Ipse vero Auctor Dubiorum in hac responsione dubius fuisse videtur ex adjecta voce *eigentliche*, cum scribit: *Nun wird niemand den Kindern eine eigentliche Verwerfung der Erlösung zuschreiben. Sie sind dazu (nemlich zu der eigentl.) annoch unfähig.* Ego vero ea potius ita intellexi, ut suspicionem meam Auctori proficuum §. 7. fundaverint. Namque non omnem, sed *proprie dictam* solum, quam dicit, rejectionem, infantibus atque Ethnicis nuncupatis denegat. Quid per *proprie dictam* rejectionem intel-

25.

24.

46.

23.

27.

22.

21.

2

19.

intellectum velit, non equidem distincte scripsit, sed sine dubio proaereticam atque ad praedicationem verbi explicite et morose exercitam intelligit, cum sine detrimento veritatum, de viribus post lapsum residuis praecipientium, negare nequeat, tendere naturaliter etiam infantes ἀπίστους in objecta Christo adversa, cujus adpetitio cum inclinatione ad illa objecta constare nequit.

§. 9.

Caeterum ea omnia ad rem nihil facere arbitror. Namque iis omnibus, ex mente ipsius Auctoris Dubiorum, omnino admissis, nondum sequitur recte negari, *infidelitatem*, quae est in quaestione, *cum hujus vitae termino terminari*, quod tamen negatum is ibat. Sufficit enim infidelitatem hujus vitae alius esse speciei, ac illa in statu futurae damnationis. Unde manifestissime sequitur, eam non talem, qualis in hac vita erat, continuari in statu damnatorum: finitur, hinc finiri potest, in morte hominis, et finita est (ut omnem adplicem finiti definitionem ab Auctore Dubiorum §. I. datam) post hujus mortem.

§. 10.

Profecto non diffiteor, me vehementer miratum esse, cum in Responione, quam Defensori meo opposuit Auctor laudatissimus, ipse scribat: *Unter dessen weiß ich den gewaltigen Unterscheid wohl, der sich zwischen dem Unglauben dieses und jenes Lebens (obiter noto ἀκυρολογίαν der Unglaube jenes Lebens, namque futura vita est ab omni infidelitate liberrima, aeterna vero mors infidelitatem conjunctam habet ab Auctore postulatam) findet, qui tamen non potuerit inter infidelitatem hujus vitae, quae ipsa morte terminatur, et fidem post mortem finaliter incredulis falso tributam, invenire tertium, et propter neglectum a se hoc tertium errores crassissimos mihi imputare, Observ. et Dubiorum §. 1.* Quamvis enim verbis citatis statim addat: *In diesem Leben gleichet er (der Unglaube) wo er nicht finalis wird, einer Finsternis, welche vertrieben werden kan. In jenem Leben ist er ein*

25.

24.

46.

23.

47.

22.

21.

20.

19.

ner ewigen Macht gleich. Ea tamen conditio, ex hypothefi ad-
jecta, nihil quidquam caufam juvat. Namque ea, quae fit fina-
lis, et ea, quae facta est finalis, femper est ea, quae fuit huius
vitae. Si dicas *quatenus* est finalis, vel nihil novi ponis, vel de-
terminationes, quas post hanc vitam in damnatione infidelitas
obtinet. Priori fenfu manent priora, manet etiam differentia
fupra dicta, posteriori fenfu est ignoratio elenchi, namque de
eo non efle quaeflionem, id fatis fuperque dictum a me est §.
68, Difp. Jnaug. verbis, quae fupra allegavimus §. 3.

§. II.

Quae deinde de fide beatorum affert Auctor Praeclariffi-
mus, ea omnino Defenforem meae thefeos non feriunt, quin
falvis fuis ea omnino concedere poffit. Sufficit eam fidem non
efle iuftificam, falvificam, iuftitia et falute jam obtenta. Ab-
ftractionibus rem non dirimentibus fi utendum fit, utique ex
damnatione aeterna poteft abftrahendo formari vita aeterna, cu-
jus exemplum in antecedentibus modo vidimus. Imo ipfis
damnatis abftracta etiam quaedam fides recte tribui poteft. Jac.
II, 19. Quod fi nunc formalia in folis abftractis ponenda fint,
quonam quaefto tandem progrediendum foret, et quanta aliquan-
do oriri neceffario deberet notionum mutatio, terminorumque
commixtio? Ubi de fpecificis fermo eft, generalia non poffunt
conftituere formalia, *per notiones vulgares*, fed differentia speci-
fica fimul adhibenda eft.

§. 12.

Caeterum circa verba haerere nolo. Hinc fine observa-
tione relinqvo, quae p. 10. der Nähern Erklärung und Beant-
wortung occurrunt lin. 7. daß fie nur eine Verwerffung. Namque
nullibi privationem fidei *folam* ponit Auctor defenfionis.
Nihil moneo circa ea, quae lin. 11. 12. 13. 14. ibidem legun-
tur. Namque non eft idea generalis, quae in quibusdam ca-
fibus *folam* refpici debet, multo minus eadem eft idea *fundamen-
talis* et *principalis*. Nec novi unquam *ideam generalem* et etiam

B

atq;

ἀτ ἐγ γραφῆς in Theologia abstractam, dici *principalem* vel κατ' ἐξοχὴν dictam ein Haupt-Begriff. Saltem hujus termini notio erat determinanda. Et hoc ipsum valet etiam de notione principali fidei p. 11. 12. abstracta. Hoc tamen non possum quin observem, quod nunc Vir egregius scribat, se meam sententiam probe intelligere, et tamen, cum dubia sua formaret, adeo me parum intellexerit, ut absurdissimorum me confectorum reum facere non dubitaverit.

§. 13.

Verfantur duo disputantes longius aliquantulum, quam opus erat, in praeliminaribus, sed, quae proponunt, non sunt ingrata, nec talia, quae attentionem non mereantur. Defensor thesios meae praeclarissimus quaestionem movet, quam sequentibus decidendam promittit: *An*, qui concedit Christum pro finaliter incredulis *specificative* talibus satisfecisse, *negare possit*, Christum pro finaliter incredulis, *reduplicative* dictis, satisfecisse? Dubitat is, nondum negat. Ego, ne circa hanc quaestionem iudicium omnino suspendam, quae quondam hanc in rem meditatus sum publici juris faciam. Timeo ne a defensoris mei vel quaestionem negantium partibus stet veritas, quam tanto minus ferendam sentio impugnantibus, quanto magis eorum ab ista necessario urgeri debet sententia. Ingenue scribam, quid quondam statuerim, et hodiernum de quaestione proposita iudicem. Publicavi quondam in Beweis vom Erlöser principium quoddam hic adplicandum. Novi et cum voluptate, maximam partem, perlegi, quae huic scripto ab egregio Theologiae Cultore opposita sunt. Negotiorum varietas et multitudo iisdem reponere, quam merentur, humanissimam responsionem, non permisit hactenus. Interim, quo hic utendum mihi principio est, id a nemine impugnatum, minus refutatum, novi, atque in praesenti materia a Celeb. CARPOVIO admissum imo adhibitum esse deprehendo. Et quamvis terminis propositum ab ipso sit restrictionem aliquam ferentibus, quod suo loco ostendam, tamen in praesenti tractatione

25.
24.
26.
23.
22.
21.
20.
19.

tione illud non impedit, quo minus ipsis etiam, me impugnantium virorum doctorum, terminis exprimam. Elicit nimirum Celeb. Carpovius Specim. XII. §. XI. ex meis hanc, quam sine fructu, ut suo loco ostendam, contra me adhibet, propositionem: *quicumque peccator fructuum redemptionis per se incapax est, illi redemptor a Deo datus non est.* Eam, ex sensu meo propositam, omnino etiamnum statuo. Et eandem propositionem etiam praeclarus Dubiorum Auctor facile admittet, cum p. 15 et 18. der Ann. und Zweifel. proposuerit, quae id abunde testantur, quamvis aliis rebus sententiam applicaverit, quarum admixtio prohibet, ne hic propria ipsius verba excitem, sed contentus sim, quod in iis, quae ibi protulit, ea sententia insit.

§. 14.

Sumo itaque propositionem *superiorem* tanquam, per concessa, utrique disputantium communem: Atque suppono propositionem aliam in Disp. mea inaugurali §. 68. verbis supracitatis satis expresse *positam*: quod *impoenitentia finalis sit peccatum hujus mundi*, quod pertineat ad hoc seculum, *sit peccatum viatoris*. Suppono *pariter*: quod, *qui fidei absolute incapax est, is fructuum redemptionis per se incapax sit*, quod omnes largiuntur: et porro: quod, *pro quo satisfactum non est, in eo fides sit simpliciter impossibilis*, quod iterum quilibet concedere tenetur. Tandemque pro stabilienda sententia thesium mearum Defensoris optimi infero: *Sinemo peccatorum hominum, in hac vita constitutorum, a redemptione et satisfactione Redemptoris excluditur* (ut adeo pro impenitentibus finaliter talibus specificative sumtis Christus satisfecisse dicendus sit) *sequitur, pro quolibet peccato ad hanc vitam pertinente* (hinc etiam pro impenitentia finali, adeoque pro impenitentibus finaliter talibus, qua talibus, et in sensu reduplicativo spectatis) *satisfactionem praestitam esse.* Ut itaque qui concedit prius, posterius concedere teneatur. Et posterius negari nequeat concessio priori. Quae est sententia, ad quam Defensor thesium mearum propendebat. Evidens est, consequentia superioris propositionis evicta, stabilitam esse eam sententi-

am. Pro probanda ea consequentia apogogice ita concludo:
 5. Ponamus propositionem esse falsam: Ergo pro omnibus homini-
 bus (hinc etiam finaliter incredulis specificative sumtis) *satisfac-*
tum dici, et tamen recte pro aliquo hominis viatoris peccato A (impoe-
 nitentia finali (per 2.) hinc pro finaliter incredulis *reduplicative*
sumtis) satisfactum negari potest, quamvis pro ejus reliquis peccatis
satisfactum sit. Cum itaque Deus non possit peccatum ullum
 remittere sine satisfactione, quin infinita, et extensive (*proten-*
sive, ut placet, pro sua divisione infiniti, Celeb. CARPOVIO)
 quidem tali, poena puniat; Homo propter illud, pro quo (per
 hyp. 5.) satisfactum non est (impoenitentiam finalem, peccatum
 huius seculi, quod cum ipso vitae termino terminatur) pariter
 puniendus est poena aeterna. Ille homo pro peccatis suis re-
 liquis factam satisfactionem (per hyp. 5.) *vel* fide apprehendit,
vel non apprehendit. Prius jam ex ipsis terminis absurdum
 intelligitur, interim si, quod impossibile, sumere velis, et ta-
 men ulterius, quam satisfactio datur, fides se extendere ne-
 queat; is homo plenissimam habebit fidem, et tamen damnabi-
 tur, quod iterum est absurdum Marc. XVI, 16. Dicas ergo
posterius, non apprehendat fide satisfactionem quoad reliqua pec-
 cata pro se praestitam (per hyp. 5.): fidem itaque, quam non
 habet, *vel* habere potest, *vel* non potest absolute. Si potest, ab-
 soluta possibilitas fidei simul cum absoluta (propter peccatum
 pro quo satisfactum non est) fidei impossibilitate (per hyp. 4.)
 in eodem subiecto esse potest, *qua quidem contradictione alia gra-*
vior et magis aperta esse nequit. Si non potest, fructuum redemti-
 onis pro reliquis peccatis (per hyp. 5.) per se incapax est (per
 hyp. 3.), adeoque redemptorem non habet (per hyp. 1.) quoad
 reliqua etiam peccata, hinc, in sensu *specificativo* dictus, est sine
 redemptore (quod est contra antecedens adeoque hypothesin 5)
 Apparet ergo ex assumpta superioris nostrae propositionis falsi-
 tate non nisi absurda sequi, quapropter propositionis falsitas
 sumatur absurde, adeoque eius veritas admittenda sit, oportet.
 E. Si pro impoenitentibus finaliter talibus specificative sumtis Christus
 satisfecit, satisfecit etiam pro finaliter impoenitentibus reduplicative
 dictis.

25.

24.

46.

23.

47.

22.

21.

20.

19.

dictis. Rem ipsam brevissimis proponamus. Quamprimum homo viator in illud peccatum prolabitur, pro quo satisfactum non est, fidei absolute incapax, eo ipso peccato, redditur etiam quoad apprehensionem satisfactionis, quæ pro reliquis peccatis præstita sumitur, hinc fructuum redemptionis etiam qua reliqua peccata, pro quibus præstita sumitur, absolute incapax, hinc nec quæ illa peccata redemptio facta sumi potest (per hyp. 1.) E. nec is specificative sumtus redemptus, cum reduplicative dictus redemptus non sit. Nemo impugnantium de retorsione cogitet in nostram sententiam, quæ pro impenitentia finali satisfactum docet. Ea enim posita, cessat in impenitentia finali absoluta fidei impossibilitas, et oritur sola hypothetica. Hinc conclusio non procedit. Quod obiter hic observatum suo loco pluribus ostendetur.

§. 15.

Clariss. Auctor Dubiorum omne n movet lapidem, ut in antecessum doctum Defensorem meum convincat, recte statui posse, Christum satisfecisse pro incredulo finaliter tali in sensu specificativo, negato, quod pro eo in sensu reduplicativo facta sit redemptio. Idque ut conficiat, pro formanda idea finaliter increduli in sensu specificativo abstrahendum omnino esse ab ejus incredulitate finali, et concipiendum esse *nudum peccatorem*, transgressorem legis, *ut omnes homines sunt a natura*, operose evolvit, atque hinc etiam in fine Sphi svadet substituere *peccatorem pro finaliter incredulo specificative sumto*, in propositione, ubi hoc subjectum habetur. Quæ dicit magnam, fateor, habent speciem. Sed vero curatius pensitanti apparet, admodum diversas esse has propositiones: *Homo peccator est redemptionis Christi objectum*, et: *Homo finaliter incredulus, in sensu specificativo, est redemptionis Christi objectum*. In prima namque *indeterminatum* est, an illud subjectum, de quo sermo est, sit finaliter incredulum, *nec ne?* In secunda non item, sed jam indigitatur, *subjectum*, de quo sermo est, *esse idem, quod finaliter est incredulum*. Quod si vero abstractio in secunda propositione adeo plane sit instituenda ac laudatus modo

B 3

Auctor

Auctor jubet, propositiones duae adductae, quod persuadendum etiam lectori is Auctor quaerit, sensu forent omnino aequipollentes, quod tamen per adducta fieri nequit, cum in idea subiecti clarissime pateat differentia. Indeque est, ut, si determinatio subiecto addita contineat talia, ex quibus omnino praedicatum aliquod subiecto, etiam quoad reliquos respectus, spectato, non convenire intelligitur, illud praedicatum etiam in sensu specificativo falso subiecto tribui recte inferatur. Et hoc locum habere posse nullum habet dubium, sicubi inter statum, quo reduplicative, et statum, quo specificative, denominatur, detur nexus, quem in casu praesenti nostro dari nullo modo negari potest, cum eadem impenitentia, quae finitur cum termino vitae *συνόδως* jam in statu praevio habeatur, ex quo specificative sumtum subiectum denominatur: ut omnino in statu impenitentiae ultimo aliquid contineri possit, ex quo de statu praecedenti curatius judicari potest, et elici praedicatum, quod alias non attendisses, quod tamen vere subiecto specificative nuncupato competit et actu inest. Rem illustraturus manebo in exemplo: si ex notione finaliter increduli flunt, ex quibus, praedicatum, *esse red. Christi Obj.* omnino subiecto illi competere, etiam quoad statum antecedentem, ex quo specificative sumtum subiectum denominatur, non posse, intelligitur, illud praedicatum etiam in sensu specificativo subiecto falso tribui dicendum est.

Nunc ex hypothese disputat Cl. Dnus. Defensor meus: In sensu reduplicativo sumtus incredulus finalis non habet Redemptorem (per hypoth.); Hoc si verum est (ut ex hypothese Domini impugnantis sumitur): exinde vero per eadem principia sequitur, praedicatum; *habere Redemptorem*, illi subiecto, quod esse finaliter incredulum novimus, omnino, etiam quoad statum praecedentem, ex quo specificative denominatur, repugnare; hinc infert (per ipsam impugnantis hypothese) praedicatum illud etiam in sensu specificativo de subiecto negandum esse. Et hoc quidem (per dicta §. 14) ideo, quoniam
impe-

impoenitentia finalis, pro qua quippe (ex hyp.) non satisfactum sumitur, efficit, ut neque pro ipsa (pro qua quippe *per hyp.* nulla est) neque pro reliquis peccatis (quae frustra stante illa hypothese sumebatur) praestitam redemptionem adplicare possit homo viator, hinc fructuum redemptionis etiam specificative consideratus absolute incapax est, adeoque non potest habere redemptorem (per concessa.)

§. 16.

Postquam ea, ad quae modo respondimus, praemiserat Dominus Impugnans, nunc continuat, quaerens 1) An a finaliter incredulo ad peccatorem valeat consequentia? Resp. a) Recurrit hic suppositum non supponendum, incredulum finaliter talem specificative spectatum, et Peccatorem, esse unum idemque, quod jam negavimus. b) Quando praedicata enunciantur cuius respectui diverso propria, quaestio est neganda. c) Quando praedicata utriusque respectui communia enunciantur, quaestio est affirmanda (e. g. Homo peccator est redemptionis objectum. Incredulus finaliter talis, qua talis, est red. obj.) Affirmative recte concluditur ab uno ad alterum, est enim uterque homo viator (§. 14. 2) et praedicatum habet rationem utriusque respectui communem.

1) Ob man von einem finaliter incredulo, qua tali, sogleich auf einen peccatorem schliessen könne.

§. 17.

Progreditur Auctor Dubiorum et quaerit 2) An quod de incredulitate finali negandum etiam de quovis statu peccaminoso negandum sit? Resp. a) si praedicatum negatur ex ratione utriusque statui communi quaestio affirmanda est. b) si praedicatum negatur ex ratione incredulitati finali propria, quaestio neganda est. c) Observandum semper est, quod in hac quaestione, adplicata ad praesentem materiam, tantummodo argumentemur ex hypothese impugnantium non nostra d) si ratio negatae redemptionis ex hypothese impugnantium partim concessa partim necessario ponenda, est fidei impossibilitas absoluta, etiam Redemptor negandus est peccatori finaliter incredulo

25.
24.
26.
23.
22.
21.
20.
19.

dulo in sensu specificativo dicto, cum eidem negetur in sensu reduplicativo dicto. §) Nec quidquam illi argumentationi obest, quod ratio ex determinatione reduplicata resultet, sufficit, quod ea determinatio, ex hypothesi impugnantium concepta, impossibilitatem fidei absolutam, etiam quoad peccata reliqua, praeter impoenitentiam finalem, importet.

2) Ob was bey der incredulitate finali nicht Maß hat auch so gleich bei einem jeden sündhaften Zustande nicht Maß habe?

§. 18.

Auctor Dubiorum quaerit 3) An peccatum quodcunque in omnibus illis casibus impedimentum faciat, in quibus incredulitas finalis? Resp., ex hypothesi mea negando, si quidem impedimenta, hinc praedicata, ex incredulitatis ratione specifica derivantur, et ex mea sententia incredulitati finali non coexistit absoluta fidei impossibilitas, sed demum sequitur eam. Quia vero de praevaricatione in finaliter incredulo, quamvis praeter incredulitatem finalem concepto, sermo est; ex hypothesi impugnantium, ex qua omnimode absoluta fidei impossibilitas in subiecto finaliter impoenitente, sequitur, affirmanda est quaestio. Nec enim pro etiam illa sententia quidquam discriminis remanere potest, quam quod impoenitentia finalis agmen peccatorum hujus vitae claudat, reliqua antecedant. Impossibilitas absoluta credendi (secundum illam hypothesin) debet esse omnibus peccatis conjuncta §. 14.

3) Ob ein peccatum in allen den Fällen, worin Incredulitas finalis zur Hindernis wird, auch zur Hindernis werde?

§. 19.

Quaerit dictus Auctor 4) An recte concludatur, quod de finaliter incredulo, qua tali, negandum est, etiam de quovis peccatore esse negandum? Tota responsio coincidit cum ea, quam §. 16 et 17. dedi: supposito sc. quod ex mente impugnantis forsan supponi posse apparet, de impossibilitate absoluta fidei, et hinc negatione redemptionis, Virum acutum cogitasse.

4) Ob

- 4) Ob ich demnach schliessen könne, was bey einem finaliter incredulo qva tali nicht angehet, das gehet auch bey dem peccatore qva tali nicht an.

§. 20.

Quinto demum quaerit modo nuncupatus Auctor: Anne, si ita concludendum fit (§. 19.), recte inferatur, omnem peccatorem damnandum esse, cum ea ratione non magis ad fidem remissionemque peccatorum pertingere queat, ac, in credulus finaliter talis? Miror eam quaestionem factam. Cum enim argumentatio omne suum momentum tantum habeat ex hypothese impugnantium, confectarium, si sequeretur, solos impugnantes urgeret. Sed nec sequitur, quod pro defensione impugnantium dixero, illud confectarium ex opposita hypothese. Sed hoc sequitur, quod quilibet peccator finaliter incredulus specificative talis etiam propter quodlibet peccatum contra legem operum adhuc in infinitum puniri debeat, cum satisfactionem pro quovis praestitam fide amplecti absolute nequeat.

- 5) Wenn der Schluß einen Grund hätte, ob denn nicht alle peccatores wirklich verdammt werden müßten, weil sie auf solche Art eben so wenig zum Glauben und zur Vergebung der Sünden gelangen könnten, als ein incredulus qva finaliter talis.

§. 21.

Finitis tandem praeliminaribus ad ipsum controversiae Caput progredimur. Celeberrimus CARPOVIUS equidem specimen demum decimo tertio argumenta mea pro stabilienda redemptione, facta pro impenitentia finali et peccato in Sp. S., impugnat, postquam Spec. XI. et XII. contra Partem Polemicam Disp. meae disputaverat. Et non nego alicubi obveniunt, quae illum ordinem flagitare videbantur etiam hic a me tenendum. Cum tamen Auctor Dubiorum secutus sit Disputationis ordinem et primo loco contra argumenta mea disputaverit, in eo etiam manebo tramite.

C

§. 22.

25.

24.

26.

23.

27.

22.

21.

20.

19.

Initio respiciendum erit ad ea, quae *Celeb.* CARPOVIUS ad argumentum meum primum, pro acumine suo prorsus eximio, regessit. Js vero cum negasset §. 2. Spec. XII. satisfactio- nem pro incredulitate finali, s. pro incredulis finaliter talibus, sensu reduplicativo intellectis, ex Dicto Petrino, 2 Petr. II. 1, seqvi, negativam pluribus una via stabiliendam quaerit. Namque primo Spho 3. sistit sensum dicti, in quo impoen- tentes finaliter tales tantummodo specificative nominantur, eumque sibi, et Scripturae, consentaneum affirmat, nullam ab- surditatem continentem. Inde cum ad summum tantum modo inferri posset, hanc interpretationem esse *possibilem*, hoc autem ad veritatem *Hermeneuticam* nondum sufficere probe norit Vir per- spicacissimus, vltcrius probare nititur veritatem postulati sen- sus, eo, quod meam exegesis absurdi accusat, ideo quidem, quod secundum eam haec esse debeant Apostoli propositiones. 1. Christus satisfecit pro incredulitate finali finaliter ἀπίστος. 2. quia autem is est finaliter ἀπίστος 3. ideo damnandus est. Quod, sine admissio ullo absurdo, utique largior. Eas vero Vir *Celeb.* Apostoli menti non posse respondere dicit, quia idem fit, ac si quis dixerit: 1. Cajus fidejussor pro Titio solvit 1000 Imperiales, quos debebat hic, 2. quia autem Titius debet mille imperiales illos 3. ideo in carcerem conjiciendus est. Quod injustum sit. Redit semper eadem causa: *Deus non potest punire idem delictum duplici poena*, quam opponere mihi se denuo posse dicit Vir *Cel.* Spec. XIII., cum spec. XI., quae contra di- xeram, remouisset. Respondebo ego ad exemplum vel simile, 1) Simile hoc, 1000 illos thaleros, quos Titius debebat, a Cajo solutos, solutionemque ponit a Creditore Titio imputatam. Si enim non; recte adhuc a Titio debitum exigitur. E. So- lutionem Titio sumere debet Vir Excellentissimus imputatam. Est vero hoc ipsum, quod differt. Creditor homo, vel nolente debitore, potest fideiussoris solutionem imputare et imputat. Deus, solutionem, renuente peccatore, neque imputat, neque im-

25.

24.

46.

23.

22.

22.

21.

20.

19.

imputare potest peccatori, salva sua justitia. Quod et ipse Vir Exc. alibi demonstravit. Hinc maxima est differentia, ut ab humanis ad divina hic argumentatio non procedat. 2) Repeto etiamnum: si ista a solutione facta ad imputationem, et ad ablatam a peccatore poenam, sufficeret argumentatio, eadem ratione a facta pro quovis alio peccato solutione, ad imputationem, et negandam poenam procederet argumentum quod jam in Diss. Inaug. Parte Pol. monui. Videbimus: an, quae dixi sublata dici queant? Quamvis enim haec materia ad aliam tractationis partem commodere reservari posset: cum tamen hic ad eam provocet Vir Celeb. ne Lectoris animum in suspenso teneam, incertumque de eventu relinquam, dijudicabo hic, quae illis reposuit Vir Celeberrimus ejusque Defensor supra collaudatus, quae adversus modo dictam propositionem Disp. Inaug. Parte Polemica proposueram.

§. 23.

Argumentatus eram ea ratione, ac modo dixi (§, præc.) adeoque intuleram valere: si pro quocunque improbae vitae peccato Christus satisfecerit, non posse propter illud hominem damnari. Respondit huic argumentationi Vir Doctissimus distinctione peccatorum improbae vitae, *ut in se consideratorum, & spectatorum, ut ἀπίστων finalem conjunctam* habent. *Priori* membro applicato totum concessit, *Posteriori* adhibito negavit antecedens. Vtraque vero ea responsio, quantum mihi videtur, principiis laborat.

§. 24.

In priori responsione intelligo Virum Doctissimum conclusisse in modo *ponente*, et conclusionem, quae oritur non habere pro falsa. Potuisset Syllogismus etiam formari in modo *tollente*, tum falsa futura fuisset minor *ex hyp.* Omnia ad unum redeunt, sc. *an propter transgressionem legis in se spectatam Deus hominem damnet, an propter ἀπίστων cum illa conjunctam.* Illud Vir Celeb. negat, hoc affirmat. At nec illud sufficit.

C 2

Cum

Cum enim in omnibus, qui damnantur, omnino incredulitas finalis conjuncta sit cum transgressione legis, facile datur, damnari homines propter transgressionem legis cum ἀπίστια finali conjunctam. Sed de eo non est quaestio. Verum de hoc: an illa poena damnationis sit solius ἀπίστια poena, an vero simul transgressionem legis puniat? Et distingvi ita poenam posse saltem doctrinae gratia nemo dubitabit, qui ipsum Salvatorem meminerit poenam inferni multiplicem tribuere illi, qui multiplici ratione peccat. Luc. XII. 46. si E. posterius dicas; manebit, duplicem Deum infligere poenam pro transgressione legis, quod falsum dixerat Vir praeclarissimus. Nec quidquam prodest pro juvando oppositam sententiam, si dicatur non puniri legis transgressionem in se spectatam, sed cum infidelitate conjunctam. Namque in composito non potest deesse quaelibet pars in se spectata. Ex transgressione legis in se spectata, et infidelitate in se spectata, coniunctis, oritur totum: potestque doctrinae gratia unum ab altero cogitando separari, et poena composita pariter cogitando dividi, ut gradus poenae unum gradus poenae alterum puniat, et ex coniuncto gradu oriatur tota poena, conjunctis, transgressioni legis et infidelitati, destinata, atque in tota poena contineatur etiam ea, quae transgressioni legis in se debebatur. Si prius; manifeste hoc contrariatur Scripturae dictis ab ipso Viro Cel. excitatis, ut satis mirari non potuerim, quia ista loca provocare potuerit, et spec. IV. et IIX adhuc graviora enunciare. Utenim ista dicta bene probant transgressiones legis esse cum ἀπίστια finali connexas, ita non minus verba, διὰ ταῦτα, δι' αὐτῆς, manifeste loquuntur, rationem poenarum divinarum esse in legis transgressione, adeoque hanc omnino puniri poena damnationis, ut pro ea Christus satisfecerit, quemadmodum termini ἐπὶ τῆς ὕλης τῆς ἀπειθείας specificant subjectum, quod eam poenam incurrit, et indicant rationem, cur poena damnationis peccata contra legem sequantur, non obstante, quod Christus ea tulit: quia sc. ἀπίστια est ratio, quare praestitam satisfactionem improbis imputare Deus non possit, hinc adhuc

adhuc infinita poena eosdem punire debeat. Quam quidem scripturae clarissimam literam mihi eripi non patiar. Largiatur ergo Vir praeclarissimus poenam duplicem non refragari iustitiae divinae, cum eam, quam fidejussor posuit, culpa hominum, imputare his nequeat Deus. Largiatur simul majorem consequentia laborare et esse falsam, quocumque in modo concludatur. Sed adhuc unum circa syllogismum in modo tollente formatum habetur, quod vir egregius non attendit: nimirum oritur conclusio, *per hypothesein* Viri Doctissimi, falsa, quod sc. Christus non satisfecerit pro peccato improbae vitae in se spectato. Cujus quippe oppositam propositionem tantopere stabiliendam quaesivit Spec. IIX. ad finem. §. XV. Miratus ea sum cuncta non parum, cum ex modo inferendi meo κατ' ἀνθρώπων, quem instantiam dicit Vir praestantissimus, intellectu proclive sit, potius in modo tollente me concludere pro obtinenda falsa conclusionem, ut eadem illata concludere ad falsitatem principii Viri acutissimi possim. Cum autem conclusio in modo tollente oriatur ut dixi ex hypothesei Viri Celeberrimi falsa, formet nunc velim syllogismum meum ipsi oppositum in tota sua forma: Si Deus non potest idem peccatum duplici poena (*altera* in Redemtore, *altera* in peccatore Redemptorem renuente) punire, et Christus pro quovis peccato improbae vitae in se spectato satisfecerit, sequitur, quod non possit Deus propter peccatum improbae vitae in se spectatum peccatorem punire. At posterius est falsum (per hactenus dicta cum offensum sit, poenam totam continere etiam eam, quae peccato in se spectato debebatur) E. falsum est prius et vel utrumque vel alterutrum. Sed falsum esse, quod Christus pro peccato improbae vitae in se spectato satisfecerit, per Celeb. CARPOVIUM concedi nequit (per Spec. IV. §. 18. et Spec. IIX. §. 15.) E. nec, quod utrumque antecedentis membrum sit falsum, admittere potest: necessario itaque concedere tenetur prius membrum esse falsum, quod Deus non possit idem peccatum duplici poena punire. Dixi supra conclusionem illam syllogismi in modo tollente ad Majorem a Cel. CARPOVIO positam formatam ex hypothesei

25.

24.

26.

23.

27.

22.

21.

20.

19.

Cel. CARPOVII esse falsam. Atque hoc paulo ante docui. Quantum autem ad me attinet, eam conclusionem simpliciter pro falsa arguere nihil opus habeo. Cum per ea, quae paulo ante dixi, poena tota damnatorum et contineat eam, quae pro incredulitate finali, et eam, quae pro transgressione legis, quoad omnes determinationes illegales spectata, quae ipsi in se spectatae insunt, infligenda erat: Adeoque eadem ratione, secundum quidem meam sententiam, Christus satisfecisse dicendus sit, tum pro transgressione legis secundum omnes determinationes, quae ipsi in se spectatae insunt, tum pro incredulitate finali, hinc pro transgressione legis et in se spectata, et ad incredulitatem finalem relata, atque cum hac unita. Duo enim membra ab Exc. CARPOVIO pro se iuvando constituta non sunt ita opposita, ut, uno admissio, alterum negandum sit.

§. 25.

Ex dictis §pho praecedenti ergo intelligitur, quod limitationis factae membro primo contra argumentum meum nihil profecerit praclarissimus CARPOVIVS. Progreddior ad alterum limitationis membrum. Atque hic praefruo, quod impenitentia finalis a satisfactionis Christi obiecto non possit separari, quin potius transgressio legis, pro qua Christus satisfecit, ita comparata sit, ut non possit non impenitentiam finalem conjunctam habere. Hominem redemit Christus miserum, qui ut sibi relictus, et per naturam post lapsum erat, mortuus in peccatis. Quæro: an fidelis fuerit an infidelis? Infidelem mille locis nuncupat Scriptura S. Luc. 1, 17. 1 Cor. VI, 6, VII, 12. 13. 14. 15, X, 27. XIV, 23. 24. 2 Cor. IV, 4. VI, 14. 15. alibi. Quæro ulterius: an in isto statu consideratus homo sibi relictus, sine redemptore spectatus, potuerit, possit, ab infidelitate liberari? Et sine dubio quæstio est neganda, 1 Cor. II. 14. Eph. II. 5. Versatus ergo est homo in transgressione legis, quae non poterat non in ipso, ex statu naturae considerato, esse finalis. Benignissimus Salvator sua redemptione ab hoc infelicissimo statu nos liberavit, et sua redemptione effecit, ut quae naturaliter non poterat non esse finalis

finalis incredulitas, fieri per gratiam possit temporaria. Quo posito apparet, certe *ἁπιστώδως* spectatam incredulitatem finalem cum transgressione legis, pro qua Christus satisfecit, conjunctam esse. Cumque in *Diss. Jnaug. Parte dogmatica* §. LXXX. diserte docuerim *ἁπιστώδως* spectatam impenitentiam finalem nihil ulterius inferre moralitatis in impenitentiam finalem *ἁπιστώδως* spectatam, quam quod hoc respectu jam habuit: profecto inconceptibile est, qui affirmari possit, Christum pro peccato, ut conjuncto cum *ἀπιστία* finali, non satisfecisse. Semper enim a me supponitur, quod *ἀπιστία* finalis sit Peccatum hujus seculi. Quod si itaque aliquo vel ultimo hujus vitae, ad hoc tamen seculum referendo, momento ejus moralitatis hinc pravitatis dicere velis incredulitatem finalem, ut pro ea non satisfecisse Christus dicendus sit, non modo recurrit tota demonstratio §. 14. sed etiam Terminismus statuendus et gratia momento ante, quam in hunc statum devenisset peccator, terminata dicenda foret, quem tamen Terminismum rejicere Praeclarissimum CARPOVIUM novi. Dandum ergo est, incredulitatem in ultimo vitae puncto (ad hoc tamen seculum referendo,) adeoque *ἁπιστώδως* spectatam non involvere, ex quibus factae pro ipsa satisfactionis negatio sequi possit. Quod si vero per incredulitatem finalem *ἁπιστώδως* spectatam intelligas determinationes, quas post hanc vitam obtinet damnatorum incredulitas, tum apertissimam committi Elenchi ignorationem, vel ex sola definitione, quam ex §. 68 *Diss. Jnaug.* supra citavi §. 3., manifestum est. Ex dictis ergo nunc patet, quid ad alteram argumenti mei limitationem, ab exc, Dno CARPOVIO adhibitam, repositurus sim. Argumenti Major est haec:

Si Christus pro quocunque improbae vitae hominis peccato, ut conjuncto cum *ἀπιστία* finali satisfecit, propter nullum eorum, ut conjunctorum cum *ἀπιστία* finali, homo damnari potest.

Praeclarissimus CARPOVIUS negat antecedens, scilicet quod idem est, propositionem argumenti in modo ponente minorem. Iterum

25.

24.

46.

23.

47.

22.

21.

20.

19.

rum ergo format argumentum in modo ponente, quod secundum meum argumentandi modum potius formandum erat in modo tollente. Interim cuncta hic redeunt ad unum idemque sive hoc sive illo formetur modo. Limitabo ergo argumentum, ut a Celeb. CARPOVIO propositum est, ulterius. Nimirum ne aequivocatio in termino ἀπίστιας finalis locum retineat, dico, eandem *vel* pertinere, ad hoc seculum, ad ad hanc vitam, *vel* non. Si posterius: cum celeb. CARPOVIO nego etiam ego antecedens, et inter nos nulla pugna est, quia scilicet ad praesentem totam quaestionem non pertinet argumentum, dum inter disputantes constat, Christum pro damnatis, adeoque pro peccatis, hinc incredulitate, post hanc vitam ponenda, non satisfecisse. Ita ergo formatum argumentum nullo modo ferit propositionem et thesin, de qua disputamus, atque praeterea est constat ex propositionibus, quas solus apocatastatasta statuere potest, quibus ipsa definitione incredulitatis finalis me opposui. Argumentum ergo sub altero limitationis membro formandum, et erit tale: *si* Christus satisfecit, pro peccato ut conjuncto cum ἀπίστια finalis, quae ad hoc seculum pertinet, ut sit viatoris; sequitur, quod Deus non possit punire poena aeterna peccatum, quod cum ἀπίστια memorata conjunctum est. Atqui verum est prius. E. etiam posterius. Num adhuc negabit antecedens doctissimus CARPOVIVS? Nullo modo negare poterit, ni manifestissime contra Scripturam adserere voluerit, Christum non satisfecisse pro omnibus hominis viatoris peccatis, quod toties negavit, ut ex sequentibus intelligemus. Oritur vero nunc Conclusio falsa.

Formabimus ergo nunc etiam argumentum in modo tollente secundum eam argumentandi rationem qua in Disp. Inaugur. Polemicae partis §. 36. usus sum. Erit sequens: *si* Deus non potest poenam duplicem sumere, et Christus satisfecit pro peccato conjuncto cum ἀπίστια finalis ad hoc aevum pertinente; sequitur, quod ob peccatum conjunctum cum ἀπίστια finalis, ad hoc aevum pertinente, non possit Deus hominem

25.
24.
46.
23.
22.
21.
19.

nem peccatorem aeternum punire. Atqui posterius est falsum, (quod et ipse celeb CARPOVIUS concedit, dum ob *ἀπιστία* finalem peccatores damnari largitur). E. etiam *prius* est falsum, et vel alterutrum vel utrumque. Sed non potest pro falso sumi, quod Christus pro peccato, conjuncto cum *ἀπιστία* finali, ad hanc vitam pertinente, satisfecerit, quia alias dicendum esset, Christum non satisfecisse pro omnibus, hujus aevi, hominum peccatis, pro omnibus peccatis hominis viatoris. E. nec utrumque potest sumi pro falso. E. alterum antecedentis membrum solum est falsum, quod sc Deus non possit duplici poena idem peccatum punire, altera in peccatore, altera in vade. Adhucdum ergo ratiocinium meum, quod Celeb. CARPOVIO opposueram in Disp. Jnaug. Pol. §. 36. p. 58. subsistit. Quod enim jure mihi opponatur haecenus non habetur. Subsistit ergo haecenus quoque, quod falsum sit, Deum non posse idem peccatum punire, in vade, et, vade ab homine peccatore rejecto, in homine peccatore. Nec obverti potest, non esse impoenitentiam finalem referendam ad hoc seculum. Referat ergo, qui voluerit, ad futurum seculum, is autem mecum in litem non poterit immitti, cum expresse scripserim, eam ad hoc seculum pertinere loco (§. 3.) superius excitato. Eo itaque casu omnis illa Apologia poterat abesse, et disceptatio nude adhuc versata fuisset circa usum termini, *an incredulitas futuri aevi possit dici finalis*, quod negandum erit per usum loquendi. De definitione sola disputandum fuisset, non argumenta alio, quem a me constitutum non habent, sensu, pro meis venditanda et deinde sugillanda. De definitione vero et usu termini, suo loco, deinde cogitandum nobis erit, ut de definitionis meae rectitudine, quam et ipsi doctissimi impugnantibus ne quidem aggredi tentarunt, magis etiam constet.

§. 26.

Circa eam disputationem aliqua simul incidenter disceptata fuerunt, quae hoc loco adduxisse nihil juvat, a'ibi commodius dijudicanda. Considerabimus hic tantummodo

D

ea,

ea, quae pro firmanda sententia, de duplici poena, utraque peccato aequali, a Deo peccatoribus non infligenda, adversus me Vir Celeberrimus adduxit, argumenta. Atque sic pensanda hic nobis sunt, quae habentur Spec. XI. §. II. Jbi enim argumentatur Vir Doctissimus a justitia Dei, quae requirat, ut delicti gravitatem poenae gravitas non excedat, hinc non permittat, ut duplex sumatur poena, utraque delicto aequalis. Ea vero omnia ita sunt comparata, ut thesin omnino non feriant meam. Ubi enim quaestio est, de poena subiecto peccanti infligenda, utique totum concedo. Sed ubi quaestio est de satisfactione aliena peccatori imputanda, omnino ex imputationis legibus causa dirimenda est. Atque eo pertinent, quae Scriptura Sacra de fide docet, tanquam requisito necessario ejus, cui satisfactio Redemptoris imputanda est. Cum itaque, fide non posita, non possit satisfactio Redemptoris subiecto, fide destituito, a Deo imputari, hoc necessario sub maledictione et poena manet, atque non potest a poena promerita liberum esse: quam itaque, non vero duplicem, idem adhucdum luere debet. Si Deus fidelem, qui Christum eiusdemque satisfactionem vera fide amplexus est, eo non obstante, damnaret, tum omnino Deus, contra justitiam suam, duplicem sumeret poenam propter delicta ab homine peccatore perpetrata. In infideli evidentissime alia est omnino ratio. Quae reliqua hic dicenda erant suo loco non negligentur.

§. 27.

Quod obvertitur in specie in nostro exemplo non admittendum est. Dicitur enim spec. XI, §. X, quod tamen expresse a nobis statuatur, etiam pro infidelitate ea ipsa esse satisfactum: At vero eum neminem unquam justum dicturum, qui, cum fidejussor Debitoris non modo debitum, sed etiam pro ipsius Debitoris animo refractario, quod solutionem ratam habere nolit, solvit, nihilominus a Debitore principali velit exigere solutionem. Dixi, in ejusmodi exemplis de justitia humana sermonem esse, ubi sufficit, debitum esse solutum, atque

in

in officiis relativis externis factum esse aequipollens, in divinis autem aliter se rem habere, cum non externorum modo sed internorum etiam ratio habeatur, adeoque Deo impossibile sit, imputare peccatori satisfactionem salvatoris, etiam pro incredulitate finali praestitam, quam renuit. Praeclarissimo CARPOVIO incumbebat, perfectam docere in humanis et divinis, quoad praesens objectum, paritatem, quam vero ubi demonstrare vel noluit vel non potuit, ejusmodi exempla in divinis nihil quidem quam probant. Quinimo cum omnibus hominibus lapsis, in statu corruptionis naturalis sit infidelitas, ita, ut, ex se considerati, non possint non finaliter reniti, quomodo ab ista corruptione liberari, hinc in eum statum constitui potuerint, ut infidelitas, per naturam finalis, fieri possit non finalis et temporaria, nisi pro finali satisfactum sit, hominesque a finali incredulitate redempti sint, ut, ni resistent gratiae, ab infidelitate, quae alias necessario finalis erat, retrahi queant, et ipsorum infidelitas in temporariam evadere possit, omnino non liquet. Ut prorsus diversam hic intelligas esse, quam quae habetur in humanis, negotii rationem. Verum adhuc objicitur l. c. § X. Dionysius cum Pythia atque Damone agens. Miror autem in declaranda justitia divina obverti exemplum, quod justitiae ne quidem speciem habet, cui ergo pluribus immorari non vacat.

§. 28.

Quae inde a §pho 22. dicta sunt, luculenter ostendunt, argumento, quod contra sententiam, de non sumenda per Deum duplici ab infidelibus poena, altera a Redemptore, altera ab ipsis infidelibus, in Diss Parte Pol., §. 36., proposueram, adhuc suum constare valorem, nec exceptionibus atque limitationibus, ab acutissimo Viro CARPOVIO formatis, quidquam ejus valori detractum esse. E contrario, cum ex vindictis pro argumento meo perspiciatur, tantum abesse, ut iis, quae contra prolata erant, demonstratum sit, illum sensum, quem dicto Petrino tribuendum docui in Diss Inaug., quidquam absoni aut disconvenientis continere, ut etiamnum constet, du-

25.

24.

46.

23.

47.

22.

21.

20.

19.

plicem poenam, alteram in vicario, alteram in peccatore finaliter incredulo, nullo modo repugnare justitiae divinae, et contraria sententia, contradictionibus et impossibilitatibus in doctrinam de redemptione ponendis, positus, distingvatur, etiam magis firma reddita est, quam in Diss. Inaugurali exposui, exegesis hujus dicti. Sed supersunt alia, quae pro se, contra meam interpretationem, allegarunt Viri optimi meam explicationem oraculi divini impugnantes.

§. 29.

Scilicet resolvitur omne, quod praeter ea, quae a Celeb. CARPOVIO opposita mihi adduxi, mihi opposuerunt, in objectiones, quae circa naturam relativi pronominis *αὐτός* occupantur. Nempe dixeram, pronomen relativum antecedentia repetere talia, qualia in praecedentibus erant intelligenda. Illi principio non poterant non sese opponere et Clarissimus Dominus CARPOVIUS, et, qui eum defendit, Anonymus. Uterque ergo statuit, non requirere naturam relativi, ut talia repetantur, qualia in antecedentibus designata erant: Sed relativum jam suae naturali significationi convenienter adhiberi, dummodo eadem subiecta denotet, quae in antecedentibus nuncupata erant, quamvis non sub eadem qualitate. Sententiam suam probat Doctissimus CARPOVIUS primo exemplo ex Eph. IV, 10. adducto: Christus descendens, *αὐτός* ille ipse est &c. At enim vero quantum ad hunc locum attinet, ego nego, pronomen *αὐτός* esse relativum, sed firmiter evinco esse demonstrativum. Pronominis enim demonstrativi est ea ratio, ut non designet certam qualitatem, nisi ea simul nuncupetur, et si in antecedentibus eadem nominata sit, non repetat qualitatem, sed totum cum omnibus suis determinationibus exhibeat, cui illa qualitas inest. Cum vero textus citatus *diversas* qualitates expresse enunciet, manifestum est, non nuncupatam antea subiecti qualitatem, sed subiectum, diversis sub qualitatibus cognoscendum, sistere pronomen, quae est demonstrativi, non relativi, natura. Pronomen vero *αὐτός* et relativi et demon-

monstrativi significatum habere abunde ex grammaticis constat. Et in praesenti loco etiam praeterea adhuc, demonstrativum esse, evincit sequens articulus δ , δ $\alpha\nu\tau\omicron\varsigma$. Et hoc ipsum adeo clarum est, ut non potuerit ipse Doctissimus CARPOVIVS pronomen $\alpha\nu\tau\omicron\varsigma$ aliter ac per demonstrativum *idem ille* transponere. Quantum ergo ad hoc exemplum attinet, inde, quod probandum erat, nondum probatur. Supra laudatus Celeb. CARPOVII laudatissimus defensor plurima etiam adduxit exempla, quibus probare vult, non requirere, quod dixeram, relativi naturam. Mallem ego, Vir perdoctus ex ipsis sacris literis voluisset exempla producere, ut ex sententiis satis firmis ac determinatis potuisset ferri iudicium. Nunc, cum modus exprimendi cogitata variet, atque saepe pronomen relativum ponatur pro demonstrativo, hoc vero non semper ex situ et constructione judicari possit, quin potius situs et constructio utriusque communis locum habere queat: atque exempla ipsa ab Auctore Observat: et Dubiorum p. 6. 7. enumerata omnia sensum admittant eum, quo, pro demonstrativo positum pronomen, quod relativum sumitur esse, optime dici potest, exempla illa principium, quo usus sum, nondum destruant. Inconstantiae isti sicubi effugiendum est, relativi natura exploranda venit curatius, quod comparatione, inter relativum et demonstrativum, characterem, quem in Disputatione adhibui, probante, superius brevissimis expedivi. Equidem Vir laudatissimus p. 17 der Nähern Erklärung posuit aliquod principium, ex quo relativum praecedentia in sensu reduplicativo repetere cognosci potest, quod etiam ego facile concedo. At contra me ea propositione omnino nihil proficitur, nisi demonstratum sit, reduplicationis aliam rationem nullam esse posse, quam quae in principio illo habetur. Quod nullo modo demonstraverit Auctor memoratus, cum potius levi attentione adhibita, plures deprehendi reduplicationis casus, intelligatur. Cum autem ad allata p. 6. et 7. Observat: exempla provocat, pro eiusmodi casibus, quos regula requirit, aliis, negandis, prius demonstrandum erat, in iis exem-

25.

24.

26.

23.

27.

22.

21.

20.

19.

plis non permutari cum demonstrativo relativum, quam conclusio inferri poterat. Ut itaque multa verbosius allata contra me, nondum valeant quidquam. Cum autem deinde Vir praeclarus pollicetur, se mecum sensurum, cum demonstrativo, quod Christus finaliter incredulos redemerit ideo, quod finaliter increduli sint, liberalius profecto agit, quam opus erat. Cum enim nihil eorum, quae haecenus proposuit, mihi obfit, ea demonstratione carere possumus, cum regula postulata haecenus non intelligatur quidquam, quam reciprocationis exemplum, vel speciem casuum, ubi relativum obtinet, allegare. Caeterum velim meminerit Vir praeclarus, an, si ex nostra naturali infidelitate propriis viribus emergere potuissemus, redemptione, quam nunc benignissimum Numen nobis concessit, opus fuisset? Et, si ea, pro redemptione tali nobis concessa, ex infidelitate, quae per naturam hominis miseri sibi relicti finalis necessario futura erat, desumpta ratio nondum sufficit Viro docto; meminerit ipsam, quam suppeditavit regulam, nondum satis esse determinatam, cum, qualem rationem reduplicatio requirat, in ista relativarum propositionum specie, nondum per regulam eam habeatur.

§. 30.

Redeo ad Celeberrimum CARPOVIUM, a quo discedere similitudo ab Auctore Observationum objectorum iusserat. Is vero porro reduplicatiōni, quam relativum postulare dixi, quaternionem terminorum in syllogismo inde formando opponit. Cum enim negasset, reduplicatiōnem relativa inferre, inde concludit, non haberi meam majorem, qua usus eram (§. 63. Disp. Dogm. Jnaug.), sc. hanc: *Q*uales statuere tenemur *ἀφ' ἑμῶν* tales et *αὐτῶν* concipiamus necessum est, in dicto Petri- no, sed solummodo hanc: *quos ἀφ' ἑμῶν* statuere tenemur, *eos et αὐτῶν* concipere necesse est. Et sub hac nunc subsumit finaliter abnegantes (sc. specificative sumtos), et, quod sua sit illa conclusio, affirmat, ut ergo non sit contra ipsum locus Petrinus. At pergit, si sub illa Majori sua velim subsumere finaliter Christum

stum abnegantes, qva tales; oriri quaternionem terminorum, qvia in Majori substantia, in Minori accidens, respiciatur. Omnia recte. Verum enim vero cum falsitatem meae majoris nullo modo probaverit, eam probaturus ex exemplo prorsus disconvenienti (§. 29.); stat adhuc mea Major: Quales ἀγενήεις statuere tenemur eos etiam ἀντὶς concipere debemus: Atque si nunc subsumas finaliter abnegantes, qva tales, nulla oritur terminorum quaternio.

§. 31.

Ista sunt, qvae Disputationis meae Sectioni Exegeticae opposita a Viris doctissimis deprehendo. Cum itaque ex hac tenus dictis pateat, ea nondum esse talia, qvae demonstrationem destruant meam, qva, satisfactionem, pro impenitentia finali et (cum Peccatum in Sp. S. pariter impenitentiam finalem conjunctam habeat, etiam) pro P. in Sp. S. a Christo praestitam, Dicto Petrino confirmari, probaveram; etiamnum subsistere, quam demonstratione Exegetica Disp. Inaug. proposueram, demonstrationem et veritatem, evictum dedi, et utramque contra Objectiones, Exegeti meae oppositas, vindicavi.

§. 32.

Ad vos nunc, Academiae Cives O. O. H. mea convertitur oratio. Festum diem, quem annunciandum vobis officium imperat, si quem alium, Christianis maxime celebrandum, solatio atque gaudio plenissimum, laetus intimo. Sanctissimus Redemptor ad passionem, praeparaturus discipulos festum hunc diem praenunciat, et ex obtinenda hoc die felicitate solamina his, qui tantopere ex habitu ipsius contristandi erant, suppeditat, Joh. XV, 26. XVI, 6. 7. Victor gloriosissimus cum rediisset, eandem spem denuo excitat, et fidem Discipulorum per exspectandam promissionem Patris confirmat, Act. I, 4. 5. 8.

Et

25.

24.

46.

23.

47.

22.

21.

20.

19.

Et ecce impletur Dies Pentecostes faustissimus, promissionum
 divinarum ferens abundantissimum exoptatissimumque com-
 plementum. Act. 11, 1. ff. Effunditur Sp. S. in Apostolos et
 aperitur dono lingvarum Apostolis concessa janua universalis
 Ecclesiae et vocationis universalis gentium. Non enim so-
 lummodo ut miraculum maxime stupendum, quo doctrina
 Jesu Christi confirmabatur, effusione Sp. S. datum Discipulis do-
 num lingvarum considerandum est, Act. 11, 7. 12. 32 sed si-
 mul venerandum venit tanquam medium, quo Deus usus est,
 ad aptos reddendos Apostolos, ut omnibus toto terrarum orbe
 gentibus Evangelium praedicare et paratam per Christi redem-
 tionem salutem annunciare, et fidem offerre possent, Act. 1. 8.
 11, 33. coll. 36. Joel. 1 1, 1. Ista vero contemplatio et nos quoque
 maxime conducet, quantopere nobis celebranda sit ea gratia,
 quam effusione Sp. S. mundo exhibuit summum Numen. Namque
 et nobis ad percipiendum salutarem vitae doctrinam ea effusione
 Sp. S. viam pandit benignissimus Salvator, atque effecit, ut et ma-
 joribus nostris proponeretur salutaris doctrina, effecit, ut an-
 te, quam nasceremur, jam nostris terris lucerna ea data esset,
 quae in via nos duceret atque regeret, effecit, ut a primis jam
 incunabulis potuerimus satiari alimentis fidei in gignentibus, nu-
 trientibus, conservantibus, confirmantibus, atque instrui et or-
 nari mediis gratiam conferentibus et obfignantibus ad salutem
 aeternam maxime et unice proficuis. Quo major autem est ea be-
 nignitas divina, eo major est nostra ad eam, non verbis solum,
 sed mente et opere, celebrandam et illustrandam obligatio, et
 ad utendum ea, qua nos maetavit, gratia insigni et infinita.
 Festus, quem celebramus dies, omnia, quae ex foecundissimo
 hoc principio hauriri motiva ad obtemperandum gratiae et
 firmandum in nobis fidem et sanctitatem possunt, merito in
 memoriam nobis revocare debet: sed non tantum in memoriam
 illa revocare, verum etiam pientissimos affectus excitare, et in
 tantae gratiae ejusque fructuum et effectuum beatissimam per-
 ceptionem nos adducere. Consideremus invincibilem de veri-
 tate religionis Christianae demonstrationem, quam miraculosa
 Sp.

Sp. S. effusio in Apostolos, universo suppeditat orbi: contem-
 plumur institutam universalem verbi praedicationem cum ea-
 demque conjunctam universalem ad gratiam vocationem: me-
 ditemur efficacissimam Dei de nobis salvandis tot miraculis tot
 gratiae speciminibus exercitam voluntatem: mente recolamus
 intensissimos, nobis destinatos, ex his omnibus resultantes fru-
 ctus: admiremur felicitatem, ad quam nobis propriam reddend-
 dam haec omnia tendunt: respiciamus, ex quo cuncta haec re-
 sultant, principium, fraternam Jesu Christi Redemptionem pra-
 stitamque ab ipso Vniversalem satisfactionem: et tandem infini-
 tae, nobisque adeo salutari, gratiae totos nos permittamus. Utinam
 ea omnium esset mens, seriaeque ea voluntas in omnibus per
 gratiam excitaretur! Ita profecto longissime abfuturi essent in-
 sultus contra gratiam atque leges sanctitatis. Ita procul face-
 feret omnis ad contristandum Spiritum Sanctum insanus in-
 sanorum hominum conatus. Ita finaliter impenitentium nu-
 merus tandem minueretur, et eorum, qui Spiritum Sanctum of-
 fendunt, tandem cessaret et reprimeretur pervicacia. Vos, Aca-
 demiae Cives O. O. H. summis, quae fieri possunt, rogo atque
 obtestor precibus, ut, tanti a Deo nobis concessi beneficii memo-
 riam mente revolventes, hunc festum diem non ita modo agatis,
 ut gratiae divinae memores vos fuisse constet, sed et toto vitae
 tempore ea semper vos duci patiamini, ne unquam in vobis
 deficiat aut infirmetur Deum ex tantis bonis celebrandi ve-
 strum desiderium. Sic confirmati in fide vitaeque sanctitate
 dulcissimos ex gratia fructus jam in hac vita percipientes, tandem
 in futuro beatissimo seculo aeternum gaudebimus atque de gra-
 tiae infinitis bonis exultabimus.

S. D. G.

P. P. SUB SIGILLO PRO - RECTORALI
 IPSIS PRIMIS FESTI PENTECOSTES FERIIIS

MDCCLV.

25.

24.

46.

23.

47.


22.


21.


20.


19.

Faint, illegible text on a blank page, possibly bleed-through from the reverse side.









✿) 31) ✿

s, qva tales; oriri qvaternionem terminorum, bstantia, inMinori accidens, respiciatur. Omnia nim vero cum falsitatem meae majoris nullo t, eam probaturus ex exemplo prorsus discon-); stat adhuc mea Major: Quales *ἀρυσμένους* et eos etiam *αὐτῶς* concipere debemus: Atque is finaliter abnegantes, qva tales, nulla oritur aternio.

§. 31.

qvae Disputationis meae Sectioni Exegeticae doctissimis deprehendo. Cum itaque ex hac sciat, ea nondum esse talia, qvae demonstrat meam, qva, satisfactionem, pro impenitentia peccatum in Sp. S. pariter impenitentiam finali habeat, etiam) pro P. in Sp. S. a Christo praerino confirmari, probaveram; etiamnum subfionstratione Exegetica Disp. Inaug. propofuionem et veritatem, evictum dedi, et vtramque nes, Exegefi meae oppositas, vindicavi.

§. 32.

unc, Academiae Cives O. O. H. mea convertitum diem, qvem annunciandum vobis officiqvem alium, Christianis maxime celebrandum, iudicio plenissimum, laetus intimo. Sanctissimad passionem, praeparaturus discipulos festum nunciat, et ex obtinenda hoc die felicitate fo- i tantopere ex abitu ipsius contristandi erant, XV, 26. XVI, 6. 7. Victor gloriosissimus cum m spem denuo excitat, et fidem Discipulorum am promissionem Patris confirmat, Act. I, 4. 5. 8.
Et

25.

24.

46.

23.

47.

22.

21.

20.

19.